Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0001-3

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0002-9

Scr. publ. Leipzig 1800-01.

1800.

Bauer, H. G.: Respons. CVII-CIX, CXI-CXII, CXIV-CXVI.

——— : Ad fundum stercor. dest.

Biener, Chr. G.: De fide iudic.

Erhard, Chr. D.: Coniect. ex vario iure spec. sec.

Stockmann, A. C.: De lege Iulia theatrali.

1801.

Bauer, H. G.: Respons. CXVII-CXXX.

Nauwerk, Fr. A.: An is, qui cambium trassatum acceptavit...

Rau, Chr.: De princip. caussa odii sec. nupt. ap. vet.

——— : De superiori inf. vas.

Stockmann, A. C.: De disciplina spect. comm.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0003-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0004-0

1800, 5. 1

# ORDINARIVS
SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
FACVLTATIS IVRIDICAE
LIPSIENSIS
S. R. I.
COMITIS ILLVSTRISSIMI

# MATTHE ALEXANDRI DE SCHVLENBVRG

EXAMEN
LAVDABILITER SVPERATVM
PVBLICE
TESTANTVR.

---

INEST
*Reſponſor. Iuris CVII.*

Annui reditus detractionis oneri recte ſubjiciantur, an minus.

Verf. Heinr. Gottfr. Bauer

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0005-5

KÖNIGL. BIBLIOTHEK DER UNIVERSITÄT HALLE a. S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0006-1

## RESPONS. CVII.

*Annui reditus detractionis oneri recte ſubjiciantur, an minus.*

Auguſti viceſima hereditatum ad leuandam rempublicam ejusque defenſionem tum temporis introducta, num in Germania jus detrahendi pepererit, quae communis eſt juris interpretum ſententia, *v.* MATTH. BERLICH. *Lib. III. Concluſ. LII. num. 2.* curioſe inquirere, quid ad cognoſcendam ejus naturam conducere, vel quam aliam hac in re afferre vtilitatem poſſit, non video. Quum enim viceſima illa tractu temporis antiquata longe ante Iuſtinianum euanuerit, quod, vt CUJACIUM *ad Paul. Sentent.* aliosque praeteream, *ex l. fin. C. d. Edict. Diu. Hadr. toll.* liquet, Germaniam cum juris Romani receptione inire non potuit. Ut potius exiſtimem, huic vel illi

Principi, vel ciuitati e re fuiſſe viſum, ſi quid lucri ex ſua ditione extraneo deferretur, partem ejus retinere, et fortaſſe, vt iniquitatis opprobrium a ſe auerterent, illius viceſimae exemplo ſe defendere, aliosque, praetoris conſilium, quod quisque juris in alterum ſtatuit eodem ipſe vtatur, ſecutos idem ſibi lucrum comparaſſe. Atque hanc conſuetudinem cum cenſu emigrationis, potiſſimum in ciuitatibus Imperii, quas miſero illo diffidationum tempore potentiores fuiſſe, ſcimus omnes, originem cepiſſe. Ut ita ſentiam, praeter alia ſimul ratio introductionis, quam Icti reddunt, mihi perſuadet, collocata videlicet partim in onere publicae defenſionis, partim in remuneratione praeſtitae ſecuritatis, ejusdemque, ad imminuendum odium, ex naturalis libertatis reſtrictione peruulgata opinione repetitum, ſi quid video, non parum efficacis, nec non, ex nefandis Franco Gallorum deuaſtationibus, ita comparatae, vt, quantopere interſit, contra aliorum injurias defendi, oculis cerni poſſit.

Illaque ſecuritatis publicae tuitio, quum ex mutata reipublicae ratione immenſaque exercituum augmentatione impenſas longe majores adeoque ciuium adiumenta longe efficaciora exigat, indeque factum ſit, vt neceſſitas contributiones olim

in-

incognitas excogitauerit, ſecundum quas de rebus omnibus, quae in ciuitate, quoniam vel volupe, vel commodum, vel neceſſarium eſt, inpenduntur, aliquid ſoluendum ſit, noua oritur excuſatio, ſi ob imminutam conſumtionem, qui domicilium in alienas terras conſerunt, et qui partem bonorum ex vna alteri ciuitati inferunt, aliqua eorum deminutione indemnem praeſtare Principem obligantur.

Et quoniam diligens rerum ſuarum cuſtos, qualis eſſe quisque exiſtimatur, non ex ipſa bonorum ſuorum maſſa, ſed ejus fructibus omnia ad vitam commode tranſigendam neceſſaria ſibi comparare ſolet; quoniam tuitio ſortis fructuario aeque ac proprietario prodeſt, nihil refert, ſors ipſa, an vſurae ob ejus vſum perſoluendae in alienam terram migrent. Vt potius, ſi eminens Principis dominium ejusmodi deminutioni ciuium patrimonii patrocinatur, fructuarius eam non meliore jure, quam proprietarius, ſi ad jus publicum vniuerſale reſpicimus, declinare poſſe videatur. Quicquid contra diſputet IOH. FRIDER. BODMANNUS in libro, cujus inſcriptio eſt, *Territorial Verhältniß des Abzugs und Nachſteuer-Rechts in Teutſchland* et quidem in *Sect. II. §. 33. pag. 218. ſq.* qui liber anno hujus ſeculi nonageſimo primo Moguntiae prodiit. Vt potius prae-

ſentis temporis ratio, quod tantis premitur difficultatibus, exigat, vt ciues Principi in publicae ſecuritatis defenſione, quocunque poſſint modo, aſſiſtant. Vnde, quod ex Nouellis, litterariis, quae vocantur *der Reichs Anzeiger*, cognoſcimus, prodeunt ſuaſores, vt haec ſubſidia, quo facilius ſimul nimias pauperum depreſſiones fugiamus, ex iis ſumantur, quae forte fortuna obueniunt, et hanc ob rem ad haereditates, modo non ab aſcendentibus, vel deſcendentibus deferantur, ſimul reſpiciunt. Quod, qui reipublicae, non ſuis ſolum rebus, bene cupiunt, improbare profecto non poſſunt.

Sed quoniam vſu inualuit, vt, quae de haereditatibus ad exteros delatis carpuntur, Princeps non ſibi ſumat, verum judici patrimoniali ſuperiori tribuat, quoniam *Receſſ. Imp. d. a. 1555. §. 24.* his haereditatum decimationibus, praeterquam ſtatuto vel praeſcripta conſuetudine munitis, adverſatur, quoniam denique Ius Saxonicum Electorale, *v. Part. III. Conſt. XXXVIII.* in tuendo ciuium dominio ejusque libertate inprimis occupatum, jus ex haereditate aliorum, vel alius generis ſucceſſione, adquirendi, vſui praeſcripto, et praeter hunc, quod exteros attinet, retorſioni ſuperſtruit, conſequitur, ad haec omnia reſpiciendum, et ex his potiſſimum judicandum eſſe, ſolae ſortes,

an,

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0010-3

an, his retentis, etiam prouentus territorium, vel cancellos jurisdictionis exeuntes, deminutionem jure patiantur.

Quibus rationibus permotus hujus rei cauſa conſultus, nuperrime reſpondere non dubitaui his quidem verbis:

*Ob wohl das Abzugs Geld, da es des Eigenthümers natürliche Freiheit beſchränket, für eine in Rechten verhaßte Sache, ſ. WERNHERN* Part. III. Obſ. 70. *angeſehen, und im Reichs Abſchiede v. I. 1555. §. 24. nur, wenn das Befugniß dazu durch ein* Statut, *oder eine wohlhergebrachte* Obſeruanz *darzuthun, nachgelaßen wird, auch die Sächſiſchen Rechte* Part. III. Conſt. 38. *und* Deciſ. 27. *v. I. 1746. dieſer Verordnung dergeſtalt beypflichten, daß ſie ſogar innerhalb Landes aus der* Retorſion *kein dazu hinreichendes Befugniß abzuleiten geſtatten. Hiernächſt der in der öffentlichen Sicherheit, und dem Genuße des Landesherrlichen Schutzes davon liegende Grund, ſ. VITRIAR. Inſtitutt. Iur. Publ. L. III. Tit. 18. §. 42.* ibique *PFEFFINGER, not. c. dem Scheine nach hauptſächlich den Eigenthümer, angeſehen der Landes Herr am Eigenthume nichts verliert, verpflichtet. In mehrerer Erwägung bey anderen Abgaben, und Vortheilen vielmehr auf das Eigenthum, als die Nutzungen, geſehen, z. B. Vermögen Steuer von Capitalien, nicht*

*von*

*von Zinſsen erhoben, und nur von jenen, nicht aber von dieſen, Zinſsen zu erheben geſtattet wird. Hiernächſt der an verſchiedenen Orten angeſeſsene nicht allein wegen der aus dem Grundſtücke erhobenen und anderswo verthanen Miethzinſsen frey, ſondern auch, wenn ihm an einem Orte mehrere* fundi *zuſtändig ſind, und er deren einige veräuſert, dieſer Beſchwehrde nur beym Verkaufe des letzten unterworfen iſt, ſ. Reſcr. v. 24. Apr. 1752. Endlich* BERGER in *Oec. Iur. Lib. I. Tit. II. §. 18. not. 3. der erforderlichen Beſchränkung dieſer Abgabe halber, wo ſie auch wegen des beweglichen Vermögens hergebracht iſt, ſie in Anſehung der* actiuorum *nicht für ſtatthaft erachtet. Aus welchen allen ſich die Folge zu ergeben ſcheinet, daſs die von Capitalien, welche im Lande bleiben, ins Ausland gehenden Zinſsen der Beſchwehrde des Abzugs nicht unterworfen ſeyn könnten. Wie denn auch der Churfurſtliche Mayntziſche Hofrath und Profeſsor IOH. FRIEDR. BODMANN im Territorial Verhältniſse des Abzugs- und Nachſteuer-Rechts in Teutſchland, welches in Mayntz 1791. herausgekommen, in der 2ten Abtheilung §. 33. pag. 218. ſq. in Anſehung der in Frage befangenen, Fideicommiſs- und den ähnlichen Nutzungen den Abzug verneinet, und daſs eine ſolche Forderung an Barbarey grenze, urtheilet:*

Da

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0012-4

*Da aber auf der andern Seite in Betrachtung kommt, daſs bey in jetzigen Zeiten ſo hoch anſteigenden Staats-Bedürfniſsen, welche alle bürgerliche Lebens-Bedürfniſse, ſie mögen entbehrlich, oder nothwendig ſeyn, mit Abgaben zu belegen den Fürſten nöthigen, nicht der genoſsene Schutz allein, ſondern auch zugleich und hauptſächlich der bey jedem Staats-Bürger und Einwohner vorauszuſetzende Aufwand, als welcher, wenn der* Percipient *ein Ausländer iſt, gänzlich mangelt, und der verminderten* Conſumtion *halber dem Landes Herrn nachtheilich iſt, für den Grund dieſes* ex dominio Principis eminente *abzuleitenden Befugniſses angeſehen zu werden verdienet. Gedachter Aufwand aber von einem guten Wirthe, wofür jeder zu halten iſt, allein von Nutzungen beſtritten wird; mithin, ſo lange dieſe auſser Landes gehen, gänzlich* ceſſiret, *und die zur* Conſumtion *dienenden Mittel ins Ausland verabfolget werden, weshalb, daſs der Landes Herr, oder, auf welchen dieſer ſein Recht* deuoluiret, *der Gerichtsherr dagegen Entſchädigung erhalte, die Billigkeit erfordert. Hiernächſt, was vom Ganzen Rechtens iſt, nach der bekannten Rechts-Regel,* acceſſorium ſequitur ſuum principale, *ſich auf alle deſsen Theile und Ausflüſse, dergleichen in Beziehung auf den Hauptſtamm in der That die Zinſsen ſind, ſo lange keine geſetzliche Ausnahme erweiſslich iſt, erſtrecket. Und der vom Unterthan abgeleite Einwand,*

*welcher ſeine Einkünfte, ob ſchon an einem andern Orte, in eben der Provinz verthut, oder einen Theil ſeiner Güther mit ſich dahin nimmt, dem Ausländer nicht zur Rechtfertigung gereichen, auch eben ſo wenig des Stifters ſolcher Abgiften etwa vorhandene Anordnung, daſs ſie ungekürzt gereichet werden ſollen, den Landesherrlichen Gerechtſamen etwas entnehmen kann. Ueberdem aber der Abſchoſs nach Churſächſiſchen Rechten ſ. die angez. 38.* Conſt. Part. III. *und* Deciſ. VI. *v. I. 1746. in Anſehung des Auslands auf der* retorſion *hauptſächlich beruhet: So bin ich der Meinung, daſs der Abfordrung des gewöhnlichen Abſchoſes von Zinſen, welche ins Ausland gehen, ſie mögen in Fideicommiſs Nutzungen, jährlichen Renten, oder* legatis annuis *beſtehen, nach gemeinen Rechten nichts erhebliches entgegen ſtehe, und eben ſo wenig nach Churſächſiſchen Rechten, es müſste denn, wenn das Befugniſs dazu nicht auf einer hergebrachten Gewohnheit beruhet, darzuthun ſeyn, daſs der Fürſt des* percipienten *dergleichen Zinſen frey, oder mit einem geringern Abzuge, verabfolgen laſſe. V. R. W.*

Meditationes haſce non indignas duxi, quas praemitterem indicendae Panegyri, quae nobis his diebus gratiſſima pariter atque honorifica obuenit.

Ecce enim ILLUSTRISSIMUS S. R. I. COMES MALTHE ALEXANDER de SCHULENBURG interfuit collegio noſtro, vt jurisſcientiam, anteceſſorum doctrina ſibi comparatam, interrogando explorari pateretur, ejusque condignum a nobis elogium referret. Vitae ſuae adhuc peractae has nobis lineas exhibuit:

Natus ſum Dresdae d. 18. menſ. Octobris an. 1776. Patre, LEVINO FRIDERICO S. R. I. COMITE de SCHVLENBVRG, Sereniſſimi PRINCIPIS ELECTORIS Saxoniae Conſiliario intimo et Cubiculario, Equite Thuringiae, ac Dynaſta in Burg- et Kirchſcheidungen et Liebenau, Matre vero MARIANA GVILHELMINA ex antiquiſſimo ſtemmate COMITVM de BOSE. Quibus Optimis Indulgentiſſimisque Parentibus quum mea futura ſalute nihil eſſet ſanctius, mox, primo aetatis ſexennio ſuperato, curae praeceptorum domeſticorum ſum traditus. Fiſcherus, nunc verbi di-

vini praedicator in ipſa dynaſtia Burgſcheidungen, erat primus, et alter Schirlizius, pluribus abhinc annis inter coelites relatus, qui me measque vires iis exercerent, quibus inſtrui patitur puerilis aetas.

Adultiorem factum parentes optimi iis me litteris informandum curauerunt, quibus ad altiora aditus paratur. Subiit hoc officium Burmannus, nunc verbi diuini miniſter in dynaſtia Paſſendorf prope Halam, de me meaque educatione optime meritus. His litteris imbutus, relictis patriis laribus a. 1795 menſe Octobris ſuadente Patre me contuli Vitebergam, ibique ab HOMMELIO, faſces academiae tunc temporis tenente, in numerum ciuium academicorum relatus ſum. In hac alma litterarum Vitebergenſi Academia, cui faueat Deus! per tria ſemeſtria, nam diutius ibi commorari, infirma valetudo haud patiebatur, KLOTZSCHIVM et EBERTVM praeceptores habui in philoſophicis et



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0016-6

mathematicis, ASSMANNVM vero in matheſi forenſi et in diſciplina camerali; Inſtitutiones juris ciuilis NORDHEIMIVS, et Pandectas KOHLSCHVETTERVS mihi tradiderunt. Ius denique germanicum WIESANDO, et jus naturae cum jure feodali ZACHARIAE me debere profiteor. His itaque artibus ſtudiisque exornatus, ad aedes paternas confugi, eo potiſſimum conſilio, vt valetudinis cura haberetur.

Qua recuperata menſe Octobre an. 1797 Lipſiam adii, Rectore DINDORFIO, qui me in numerum ciuium academicorum recepit. In hac alma litterarum academia, per quinque ſemeſtria continua commoratus PLATNERO et CAESARI adſedi in philoſophicis, et WIELANDO hiſtoriam imperii docenti. In jurisprudentia feodali RAVIVS, et in jure Canonico BIENERVS doctores mihi extiterunt, et ERHARDVS in jure criminali. In arte relatoria adii ſcholas IVNGHANSII, in re camerali

 ſcholis

ſcholis WEBERI interfui, Pandectas vero et proceſſum judiciarium ciuilem percepi a REICHELIO, quem ſimul de omnibus jurisprudentiae partibus examinantem audiui.

Haec pauca de vita huc usque peracta. Faveat ſummum numen huic almae Lipſienſi Academiae, cui maximam partem doctrinae me debere gratus profiteor.

Subiit vero colloquium tanto ipſi connato cum pudore et verecundia, vt ad quaeſtiones ex vario jure, Ciuili in primis, Germanico, Beneficiario et Iudiciario propoſitas propemodum omnes apte reſpondendo ſibi ipſi non ſatisfacere videretur. Eſt que haec ipſa verecundia, ſi nimiam quidem ſui confidentiam inſcitiae plerumque comitem videris, et reſponſionum aptitudo, locupleti teſtimonio, quam diligenter, non obſtante aduerſa valetudine, cum qua inde a pueritia ei conflictandum fuit, in addiscenda jurisſcientia fuerit occupatus. Adeoque non ſolum honorifico elogio, OMNINO ET PRAE CAETERIS DIGNI, eum condecorare non dubitauimus, verum etiam propter inſignem, quem prae ſe fert animi candorem, inge-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0018-7

ingenuitatem firmitatemque, animo praeſumimus, fore, vt aliquando primas in gubernanda republica partes, ad quas natalium ſplendor eum euocat, ſit laudabiliter tuiturus. Simulque non in laetitiae ſolum GENTIS ILLUSTRISSIMAE, ſed votorum etiam ſincerrimorum, ſocietatem toto pectore coimus, vt, quam puero et juueni negauit, DEUS O. M. propitius viro largiatur, proſperrimam valetudinem, conſiliorumque omnium ſucceſſum feliciſſimum.

Scribeb. Lipſ. Feſt. Paſchat. A. C. MDCCC.

---

EX OFFICINA SAALBACHIA.




Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0019-7

ULB Halle 3
006 377 238

Vd 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0021-4

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0022-9

1800, 5.  1

# ORDINARIVS
## SENIOR ET RELIQVI ASSESSORES
## FACVLTATIS IVRIDICAE
## LIPSIENSIS

S. R. I.

COMITIS ILLVSTRISSIMI

# MATTHE ALEXANDRI DE SCHVLENBVRG

EXAMEN

LAVDABILITER SVPERATVM

PVBLICE

TESTANTVR.

---

INEST

*Reſponſor. Iuris CVII.*

Annui reditus detractionis oneri recte ſubjiciantur, an minus.

Verf. Heinr. Gottfr. Bauer

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-663178-p0023-5